

PHARMA COPOEIA

LONDINENSIS.

PONDERA et MENSURÆ.

APUD nostrates in usu sunt duo ponderum genera, unum, quo aurum et argentum veneunt, alterum, quo cæteræ ferè merces; prius linguâ vernaculâ vocamus *Troy weight*, posterius *Averdupois weight*. Horum libræ diverso modo dividuntur; illius enim libra duodecim tantum uncias habet, hujus verò sedecim. Pondere quoque differunt, tum libræ, tum uncia; libra aurifabrorum minor est alterâ, uncia major.

Nos librâ aurifabrorum utimur; quam tamen, non ut isti opifices, sed in hunc modum dividimus:

Libra	}	habet	}	uncias duodecim,
Uncia				drachmas octo,
Drachma				scrupulos tres,
Scrupulus				grana viginti.

MENSURÆ liquidorum etiam apud nostrates dispares sunt, aliis metiuntur cerevisiam,
A aliis

2 PONDERA et MENSURÆ

aliis vinum; posteriores nos adhibemus. et eam
vocamus libram, quæ linguâ vernaculâ appel-
latur *A wine pint.*

Hanc libram hac ratione dividimus:

Libra }
Uncia } habet { uncias sedecim,
drachmas octo.

Congius habet libras octo.

Cochleare denotat mensuram uncia dimidia.

QUONIAM mensuram, quam vocamus
libram, nullius ferè liquoris pondus libræ
adimplet; ubique præfiximus P. vel M. prout
pondere, vel mensurâ, unaquæque præcibi-
tur.

Signae:
gr. ot. gr. unum *Grassum.*
ʒ β . *Dimidium Scrupuli.*
ʒ i *Scrupulum.*
ʒ. l. vel β. *Drachma sive dimidia Dr.*
ʒ i et β. *Uncia sive Uncia dimidia*
lb. *libra.*
M. *Manipulum.*
N. *Numerus.*
P. *Pugillum.*
ana. a. *aequale pondus aut mensura duorum*
vel plurimum medicamentorum;

MATE-